Adams 181.202

Stenographia Exacta
Illustri Viro
Johanni Quincy Adams -

ADAMS

# STENOGRAPHIA

## EXACTA.

# STENOGRAPHIA

EXACTA,

SIVE,

*Ars vocem loquentis scribendo excipiendi,*

METHODUS NOVA

D.ni CONEN DE PRÉPÉAN:

è Gallicâ linguâ ad Latinam deducta,

*Additis quibusdam Belgicæ, Germanicæ, Anglicæ, Italicæ atque Hispanicæ linguæ contractionibus, studio*

J. BOSSUYT.

GANDAVI,

Typis *F. J. Bogaert-de Clercq*, in plateâ dictâ Onder-straat.

1814.

1559

ADAMS 18 1-30
a

*Tous les exemplaires qui ne sont pas signés de* J. BOSSUYT, *sont contrefaits et désavoués.*

J. Bossuyt

*Illustri viro,*

JOHANNI QUINCY-ADAMS,

*Jam pridem reipublicæ Americanæ Senatori, nunc ad* ALEXANDRUM I., *Russiæ Autocratorem, Legato;*

UNI *ex* QUINQUE-VIRIS, *ad urbem* GANDAM-FLANDRORUM, *ut de pace* AMERICAM *inter et* ANGLIAM *renovandâ agerent,* MISSIS;

*Cujus sæpe, et Collegarum eloquentiam, disertasque, coram utrâque Senatorum curiâ, orationes facilis et felix* STENOGRAPHI ARS *servavit;*

STENOGRAPHIÆ *et* IPSI *peritissimo, faciliorem nunc, ut sperat, methodum et, si grata fuerit, feliciorem*

*Dicat consecratque*

J. BOSSUYT,

*Societatis artium liberalium et litterarum collega.*

GANDÆ

prid. kalend. decemb.

M D CCC XIV.

# STUDIOSIS.

SCRIBENDI artem omnibus ex artibus primam esse utilissimamque nemo certè negabit. Ab incunabulis litteras balbutiente voce proferimus, easque manu trepidante chartæ mandamus. Ab homine agresti ad humanæ gentis gubernatores usque, tantâ in hominum serie vix ullis exceptis, quisque litteris delineandis operam dedit. Undenam illud universum unius artis studium? Quòd utilis, imò necessaria. Non voci scriptura similis cubiculo includitur, sed ad extremas terrarum oras perambulat. Quod loquax proderet servus arcanum, fida celat. Bona distribuit, possessiones servat, locis distantes amicos jungit, moresque feros emollit. Scribendi ars ni admittatur; ruunt artes, atroque conduntur scientiæ involucro. Unum tamen deest, neminemque præterit: celeritas. Voce si non tardior calamus foret, tùm demùm scribendi ars altissimo perfectionis gradu innixa dici meritò posset. Id à duobus annorum millibus Seneca, multique post et quidèm ante illud tempus intellexêre. Indè tot tantique conatus; ast, dicere non vereor, nemo optatam retulit palmam. Tullii Tironis methodus si sufficiens, non utiquè à Senecâ multa signorum millia inventa fuissent. Stenographia Tayloriana, litterarum contextu et simplicitate laudibus dignissima, maximâ non nisi animi contentione legitur, quòd ferè omnibus careat vocalibus. Tachygraphiæ syllabæ inter se non cohærent, ideòque minùs velox; cæterùm lectu facilis. Quid de cætera-

rum methodorum congerie? Ne plura dicam: Nullam in quâ nil desideratur reperire est.

Nec mirum id: sæpiùs lubrica ad veritatem via est. In naturâ exiguus est primigeniarum figurarum numerus, quæ nunquàm, quocunque cum cæteris characteribus contextu, deformari queant. Hìc nodus, hìc summa difficultas: paucis nempè signis distinctè innumeras vocis flexiones, sonorumqne omnium linguarum commissuras depingere. Quod quidèm fecit summo cum successu dominus CONEN DE PRÉPÉAN. Signa composita nec esse velocia satìs, nec absque confusione ligari posse comprehendit. Quid faciet autem, litteræ necessariò adhibendæ numero cùm longè superent primigenias naturæ formas, nullo studio, nullis ab hominibus, ne ab ipso utiquè Deo ultrà multiplicandas? Totius systematis fundamentum fulcitur proportione majore aut minore signorum, et eo quòd litteræ dentur pronuntiatione ità inter se similes, ut uno eodemque, aut saltèm perpaululùm discrepantibus signis effingi possint. Igitur Stenographia exacta eorumdem signorum magnitudini diversæ, litteris affinibus lineolæque distinguenti imprimìs originem debet. Consonantes triplò majore formâ quàm vocales delineantur: nec quòd confusio inde oriatur quisquam existimet. Contrarium docuit usus, præterquàm quòd Tayloriani, et nos quidèm ipsi in scripturâ usuali duplicatis utamur signis.

Quanquàm litteræ affines sempèr in Stenographiâ exactâ distingui possint, id tamen sæpiùs non requiritur. Germani T pro D gallicè pronunciantes intelliguntur. Num ergò, cùm soni paululùm vitiosi auribus percipiuntur, iidem omninò chartâ picti oculis percipi non

debent? Si lubeat autem, sempèr accuratè scribantur. Id nùnc proportione, nùnc lineolâ distinguente absolvetur.

Vocales omnes, utcumquè adsint, maximâ celeritate exprimuntur. Interpunctio quoquè non omissa. Hìc si gradum dominus DE PRÉPÉAN stitisset, novæ artis inventor jure diceretur; quippe quæ cæteris omnibus præstent, sufficiantque ut in perfectos Stenographos evadamus. Verumtamen acre illud ingenium, linguarum naturam introspiciens, multa vidit non solùm vocabulis, sed etiam periodis communia, et è composito ad simpliciorem statum redigenda. Indè radicum systema. Non illud verborum exitu, sed primis cunctarum linguarum elementis nititur. Radici scriptæ unicum adjectum signum quid legendum valeat verbum stabilit.

Quid autem de verbis activis passivisque dicam? Simplicissimis signis persona, numerus, tempus, modus, interrogativum, negativum, et activum aut passivum; eodemque modo cunctarum linguarum auxiliaria verba exprimuntur. Comparationis gradus, repetitiones, oppositiones, imò et numerationem ipsam arithmeticam, verbo quidquid ad scribendi artem spectat, tractavit: tractavit hercle, ut ità nemo antè illud tempus, nec olìm quisquam sit facturus. Fingere enim simpliciores quis possit litteras? Natura exhausta est. Celeriorem contractionum quis rationem reperiat? Elementis linguarum nîl brevius.

Antè natura evertatur, misceaturque rerum forma, destructisque hodiernis, alteræ procreentur linguæ; quàm monumentum novum hoc in genere durabilius ædificetur.

Fateor artem Stenographicam diù mihi quid inane visam: Ast ut legi opus immortale domini DE PRÉPÉAN, nullum mansit dubium quin viris litteratis inventum pretiosum existeret; præsertìm quòd theorice diebus aliquot capi possit, et in exercitatione nihil sit asperi.

Nunc de iis quæ ipse feci aliquid dicendum. Auctoris familiaritate, Parisiis dum degerem, versatus, studiorumque adjutor, per tempus aliquod de Stenographiâ palàm disserui. Tùm autem crebrò inter nos de deflectendâ ad linguam latinam fuit sermo; quod tandèm opus arripui.

Pro systematis fundamento, nîl in eo novi sum molitus. Noveram enim quàm prudentèr quæque forent disposita. Cæterùm si quid immutavi tum consonantibus et vocalibus, tum verbis comparationumque gradibus; linguarum differentiæ tribuendum. Non Gallorum vocabula sonant uti Latinorum, declinandi nec conjugandi inter se modi conveniunt: nam illinc articuli sempèr, hinc nunquàm; illinc auxiliaria verba sæpissimè, hinc rarò adhibentur.

Cæterùm nil à me immutatum, quod ipse inventor, ut puto, ratum non habeat. Nec animorum aciem rerum specie perstringere volui, nec alienam mihi vindicare gloriam.

Solus dominus CONEN DE PRÉPÉAN artis novæ inventor; novam dico, quod huc usquè nil tale viderimus.

Quum artem Stenographicam summo perfectionis

gradu stabilitam esse orbis noverit; tum populi veritate perculsi certatìm assument, nec pagus dabitur suos qui non habeat Stenographos. Publicam rem administrantes uno die tantùm operis absolvent, quantùm secùs hebdomade. Urgentia militum ducis jussa, ut ore fluunt, fideli chartâ pingentur; nec mora scribæ, nuncii nec memoriæ mentisve defectus filios patriamque in discrimen adducent.

Vos, docti, qui libris impallescitis; vos, philosophi, qui sua naturæ arcana divellere conamini; poëtæ, quorum æstus lento calamo restinguuntur; crassa volumina incredibili patientiâ longoque temporis tractu composuisse sat est. Ast vobis ante omnes, quos dulcissimis amicitiæ vinculis constrictos loci separant, vobis gratum sit illud inventum. Utinam à Belgis primùm in pretio habeatur!

# PARS PRIOR.

Hâc parte de consonantibus, vocalibus, pronunciatione et interpunctione agetur.

---

Stenographia exacta est ars vocem loquentis scribendo excipiendi, omnibus cujuslibet linguæ sonis fidelitèr expressis.

## DE CONSONANTIBUS.

In quinque classes abeunt.

1.° *Labiales*; sunt quinque: P; B; F; V; M.

2.° *Dentales*; tres: T; D; R.

3.° *Sibilantes*; quinque: S; Z; X; J; SC.

4.° *Palatales*; duæ sunt: L; N.

5.° *Gutturales*; tres: Q vel K; G; CH.

Consonantes ergò dantur decem et octo: quæ viginti et tribus notis exprimuntur. Vide tabulâ primâ, numero primo.

Quæ litteræ simili modo proferuntur et sono vix differunt, eæ *affines* vocantur. P, B; --- F, V; --- T, D; --- S, Z, X, J, SC; --- K, Q, CH, litteræ affines sunt. C est affinis nunc *s*, quum sibilo; nunc *q* et *g*, quum gutture effertur. G ante *e*, *i*, vel *y* posita pertinet ad sibilantes: in omni alio casu G gutturalis est.

Quoniam litteræ affines sono inter se parùm differunt; eas vel parùm, vel nihil omninò inter se discrepantibus signis pingere licet.

Dum litteræ affines eodem penitùs signo conficiuntur, tunc, quum libet, sempèr adjectâ lineolâ distingui possunt. Vide litteras D, Z, X etc. Tab. 1. N.° 1.

Hæc *lineola distinguens* vocabitur.

Eodem in vocabulo quum duæ litteræ lineolis distinguendæ sunt, tum earum priori, loco lineolæ distinguentis, virgula apponatur; quæ virgula vices quoquè secundæ lineolæ, alioquin adjiciendæ, supplebit. Igitur *dedi* scribetur ut Tab. 1. N.° 2.

DE CONSONANTIBUS DELINEANDIS.

Lineæ rectæ P et B, F et V referentes sempèr descendendo delineantur: sed uti P et F fortiores sono quàm B et V, ità lineæ P et F significantes erunt duplò majores.

Alterum signum litterarum P et B sempèr ascendendo et ab annulo incipiendo configuratur.

Ob rationem supradictam sit annulus litteræ P annulo litteræ B duplò major.

Signorum M referentium incipit arcu aliud, aliud arcu finitur.

Linea T et D exprimens, initio vel medio verbi, sempèr ad libitum, vel ascendendo vel descendendo delineatur: signo D addatur lineola distinguens.

Attamen initio quorumdam vocabulorum fiat signum

D referens potiùs ascendendo, et T descendendo; quo pacto lineola distinguens omitti potest. Vide differentiam inter *te* et *de*. Tab. 1. N.° 3.

R vel lineâ descendente vel ascendente repræsentatur: sit hæc duplò minor lineâ T et D.

S Lineâ horizontali, à sinistrâ ad dextram progrediente, pingitur.

Pro Z, X, J et SC; eidem lineæ lineola distinguens adjicitur.

Altera nota J referens sempèr arcu incipit.

Semi-circulus SC repræsentans fit descendendo.

Semi-circuli L et N significantes à sinistrâ ad dextram progrediuntur.

Signa Q, K; G et CH referentia descendendo, et quandoquè ascendendo, conficiuntur.

## DE VOCALIBUS.

In linguâ latinâ sex simplices vocales admittantur, nempè: *e*, *o*, *a*, *i*, *u*, *eu*; et quatuor nasiloquæ, nimirum: *on*, *an*, *in*; et *un* (dum sonat ut in linguâ gallicâ). Vide earum formam Tab. 1. N.° 4.

Notarum E referentium prior à sinistrâ ad dextram progreditur; altera sempèr conficitur descendendo.

E sempèr exprimi, sed sæpissimè omitti potest, præcipuè dum Sn multùm auditur, velut in penultimâ syllabâ verborum tertiæ conjugationis, et multis aliis in circumstantiis: E verò vocabulum finientem tutius est exprimere.

Signum O referens sempèr *ad sinistram* litterarum descendentium vel ascendentium, *super* horizontales et semi circulos à sinistrâ dextram versùs pergentes, ponitur. Tab. 1. N.° 5. *Op*, *fo*, *do*, *co*, *so*, *ol*, *no*.

A, initio vocabuli et ante consonantem posita, circulo quoquè pingetur; qui verò ponetur *ad dextram* descendentium vel ascendentium notarum, *infra* horizontales et semi-circulos à sinistrâ ad dextram tendentes. Tab. 1. N.° 6. *Ad*, *ac*, *as*, *am*, *al*, *an*.

A, segregatìm, vel initio vocabuli ante vocalem, aut medio vel fine verbi posita, sempèr figuram semi-circuli assumit. Id fieri quoquè potest initio vocabuli ante consonantem, si confusio indè non oriatur. Tab. 1. N.° 7. *A*, *ae*, *ao*, *mat*, *sa*, *at*.

Semi-circulus *u* referens quandoquè ascendendo et quandoquè descendendo conficitur, et sempèr ad sinistram notarum ascendentium vel descendentium ponitur. Tab. 1. N.° 8. *Jur*, *nur*, *fur*, *dur*, *us*, *textus*.

Nota hæc suppleri potest puncto supra litteram proximè præcedentem posito. Tab. 1. N.° 9. *Sudo*.

Medio vocabulorum punctum *eu* significans infra litteram proximè præcedentem ponitur; initio autem et fine vocabuli, in scripturæ lineâ. Tab. 1. N.° 10. *Peuce*, *euge*.

Puncta supra vel infra vocabulum ponenda, lineolæque distinguentes nunquàm adduntur, nisi vocabulo planè scripto; atque, si tempus desit, omitti possunt: posteà inter legendum adjicientur.

Circuli sonos nasiloquos *On* et *An* referentes duplò sunt majores quàm qui *O* et *A* initialem significant:

medio tamen vel fine verbi, sonus nasiloquus *An* minori circulo repræsentari potest; tum enim nunquàm adest dubium, quòd vocalis *A* hoc in casu semi-circulo pingitur. Quod ad positionem attinet, *on* regulas O, et *an* sequitur regulas *A* initialis. Tab. 1. N.° 11. *Pons*, *fons*, *con*, *son*, *non*, *ant*, *ans*, *tan*, *lan*, *nans*. Vide N.° 5 et 6.

Hæc circulorum positio sempèr referenda est ad litteram præcedentem. *Tot*, *tos* scribuntur ut Tab. 1. N.° 12. Si verò circulus hoc in casu ad litteram sequentem referretur, legendum foret *tant*, *tans*.

Circuli, vocales *a* et *an* repræsentantes, nunquàm segregatìm poni possunt.

Circuli exigui, vocales nasiloquas *in* et *un* (dum sonat *un* ut in linguâ gallicâ) incipientes, positionem quamlibet obtinent pro majore facilitate. Tab. 1. N.° 13. *Tin*, *tunc*, *nunc*, *hunc*.

Notabitur *oï* apostrophâ ut ab *in* distinguatur. Tab. 1. N.° 14. *Introire*.

Vocales sempèr proportione triplò minori quàm consonantes delineantur.

## DE CONTEXTU LITTERARUM.

Litteræ quædam pro diversâ positione notis diversis repræsentantur. Quæ tantùm initio verbi poni possunt, *initiales litteræ*; quæ autem non nisi medio vel fine, *mediantes* vocantur. Tabulæ primæ numerus decimus quintus litteras omnes initiales exhibet, et numerus decimus sextus mediantes.

Lineæ perpendiculares P et B referentes quamcunque positionem, vel initialem vel mediantem obtinent; quod videre est in paradigmate. Tab. 2.

P et B initiales nunquàm segregatìm, vel solummodò litteris *o*, *u*, *on*, *an* junctæ poni possunt. Vide Tab. 1. N.° 17. B, *bo*, *bu*, *bon*, *ban*, *bot*.

Paradigma contextum continet binarum litterarum. Ut inveniatur duarum notarum inter se compositio, nota prior quæratur in primâ lineâ perpendiculari ad sinistram; altera verò in lineâ horizontali paradigmatis verticem tenente: tum ab his notis duæ lineæ, horizontalis nempè et perpendicularis, mente ductæ, sese invicèm secant in loculamento, binarum litterarum connexionem optatam includente.

Non omnes binarum notarum connexiones possibiles continet paradigma; sed solummodò præcipuas. Ex litteris eodem prorsùs modo formatis, et tantùm proportione vel lineolâ distinctis, sufficit uni, non pluribus, hâc in tabulâ locum esse. Sicut enim signum *S* cum aliis notis componitur, ità *J* mediantem componendam esse quisque videt.

In connexione duarum, trium vel plurium notarum, vocales quædam sæpè consonantibus *coalescunt*; ità ut, quanquàm rudes oculi frustrà sæpe primam vocalium formam investigaverint, stenographus tamen nunquàm in errorem duci possit. Ad hanc regulam diligentèr incumbendum; quòd indè stenographiæ multò major accedit celeritas. Tab. 1. N.° 18. *Pas*, *fas*, *tas*, *las*, *cas*, *si*, *nis*, *pac*, *pic*, *puc*, *sas*, *sis*, *sus*, *sad*, *sid*, *sud*, *ætatis*, etc.

Ex hoc exemplo concludi potest semi-circulum consonantes gutturales depingentem, si medio vel fine vocabuli ponatur, circa finem tantùm incurvari posse; nam initio incurvatus arcus, si descendendo fiat, *a*; si ascendendo, *i* significat. Tab. 1. N.° 19. *Bec*, *bac*, *bic*.

Et consonantes aliquandò inter se coalescunt; ut cùm signa horizontalia, litteris sibilantibus communia, se invicèm proximè sequuntur. Hoc in casu producatur linea ad duplum vel triplum, pro litterarum numero; quod quidèm non erit necesse, si litteræ istæ lineolâ sint distinguendæ; tum verò hæc vel initio notæ vel fini, non medio, adjicienda est. Tab. 1. N.° 20. *Sessio*, *necessarium*, *majestas*. (*)

Nota *s*, vocabulum incipiens et proximè notam *m* præcedens, non exprimitur; vocabulum illud *m* mediante incipitur. Tab. 1. N.° 21. *Semi*, *semotè*.

Quibusdam casibus exceptis, ut *ln*, *lf* et aliis, consonantes plerumquè consonantibus non coalescunt; tum verò, quantùm fieri potest, sub angulis maximè acutis jungendæ sunt, ut faciliùs distinguantur. Tab. 1. N.° 22. *Rm*.

Si vocalis verbum incipiat et proximè præcedat consonantem, ascendendo vel descendendo ad libitum figurandam; tum vocalis plerumquè ponitur ad consonantis verticem, fitque hæc descendendo; quod quidèm, si vocabulum binis tantùm notis constat, sæpè necessariò fieri oportet, ne oriatur confusio. Tab. 1. N.° 23. *Adis*, *bis*; *ite*, *ge*; *uti*, *gi*; *od*, *do*; *at*, *tan*; *int*; *et*; *us*, *m*.

---

(*) Quisque vocalem *e* hoc in exemplo non expressam esse videt; quæ si exprimatur; hæc regula locum non habet.

*M* medians componitur ex lineâ horizontali et lineâ descendente: in contextu cum vocalibus circulo depictis, pars prior sequitur regulas lineæ horizontalis; altera, lineæ descendentis. Tab. 1. N.° 24. *Omo*, *aman*.

Semi-circulos, diametro verticali formatos, ad lineas ascendentes vel descendentes; diametro autem horizontali, ad lineas horizontales spectare, earumque regulas in circulorum positione sequi, unusquisque videre potuit ex supradictis, et exemplis tabulæ primæ. N.$^{\text{is}}$ 5, 6, 7 et 11. Vide quoquè tab. 2.

Duo vel plura vocabula colligari possunt. Tab. 1. N.° 25. *Dixi sempèr*, *non sunt*.

Stenographo quàm minimè à scripturæ lineâ rectâ digrediendum est; nec, ut ea conservetur, connexioque contorta evitetur, notarum cohærentiam rumpere dubitandum. Tab. 1. N.° 26. *Vivificator*.

## DE PRONUNCIATIONE.

Stenographia exacta sonorum pictura est; quaslibet supervacaneas, sive non pronunciandas, respuit litteras; quisque character fixus stat: nec, uti fit in scripturâ communi, pro diversâ ante unum aliudve signum positione, sonum mutat. Nullum etymon, orthographia nulla; nisi voce loquentis serventur. *Diphthongus*, *accedo* scribantur: *Diftongus*, *axedo*.

Pronunciationis regulas hìc non trado: loquatur quisque ut consuevit. Pro scribendi celeritate, accipe sequentia.

Stenographo pronunciatio Gallorum præferenda est; quòd soni nasiloqui Gallis sint frequentiores, hique scriptu faciliores.

*En* pingatur velut *in* Tab. 1. N. 4. Si verò dubium adesse posset, distinguantur hi soni ut Tab. 1. N.° 27. *In*, *en*; *tentant*. Cæterùm si fiat hæc distinctio (quam superfluam puto) inter sonos nasiloquos *in* et *en*, tum etiam *oë* notabitur apostrophâ, ut ab *en* distinguatur; eodem modo quo vidimus *oï* distingui ab *in* Tab. 1. N.° 14. (*)

*En*, *on*, *an*, *in*, ad unam syllabam pertinentia, nasiloquis vocalibus scribantur. Tab. 1. N.° 28. *Pons*, *ante*, *instat*. Si *N* ad syllabam sequentem pertinet, quod fit quotiès vocalis proximè sequitur; vel si *N* duplicatur, tùnc vocales nasiloquæ non sunt adhibendæ: velut in syllabis *eno*, *one*, *ana*, *ino*, *anni*, *inno* etc. Monosyllabum *an* binis notis scribatur.

*Un*, sonans ut vocalis nasiloqua *on*, eodem signo depingatur: *U* ante *M* in eâdem syllabâ, Belgis et Gallis sonans ut *O*, notam *O* assumit. Tab. 1. N.° 29. *Profundum*.

Quòd si littera *C* ante *E* vel *I* duplicetur, tum signo *X* referente pingitur. Tab. 1. N.° 30. *Accendo*, *accidit*.

*G* ante *E*, *I* vel *Y* posita, signis *J* repræsentantibus exprimitur. Tab. 1. N.° 31. *Gemere*, *ingens*, *gypsum*.

---

(*) Sonus *oë* in linguâ latinâ vix unquàm adhibetur.

Dum *S* effertur veluti *Z*, tum quoquè signo *Z* scribatur.

Verbo, sempèr ad pronunciationem, et nunquàm ad incongruentes scripturæ communis leges attendatur. Tab. N.° 32. *Conscripti*, *scio*, *spatium*, *rosæ*, *actio*, etc.

Expedit quoquè post litteram *Q* vocalem *U* omittere, quam Galli sæpiùs non pronunciant. Imprimìs id fieri potest, si littera *E*, vel *I*, vocalem *U* sequatur. Tab. 1. N.° 33. *Qui*, *quæ*, *quod*.

Qui volunt ut *H* guttere efferatur, ii supra vel infra vocalem proximè *H* sequentem, lineolam horizontalem ponant. Tab. 1. N.° 34. *Herus*. Ast in minutis istis omnem scrupulum eximendum esse puto.

Hic scribendi modus omnibus convenit populis; quanquàm eorum pronunciatio transeat in diversum.

Qui litteram aliam ad aliam classem referunt, eam signis huic classi convenientibus pingant. Igitur qui *g*, ante *e* vel *i* positam, gutturalem velint; eam signo gutturalibus consonantibus communi repræsentent; et ità de cæteris. Gallorum tamen pronunciationem ad celeritatem conferre existimo.

Dices dubium adesse posse, ut in: *gentes* et *jentes*. Defectus idem existit in Gallorum pronunciatione: imò quandoquè nec pronunciatione nec scripturâ quidèm ullorum populorum evitari potest. Ut in *facis*, à *facio*; et *facis*, à *fax*.

Sunt qui sempèr *u* ut vocalem Gallicam *ou* pronun-

ciant; id nullam vocalis hujus formæ adfert commutationem, quia modus hic loquendi generalis est; seu quia, sine exceptione, apud eumdem populum in omnibus vocalibus eodem sonus modo effertur, et tantùm mutatur pro regionibus. Quòd si littera eadem, apud eumdem populum, pro diversâ positione sonum mutet; tum signis diversis diversi soni ejusdem litteræ repræsentantur: sic Belgæ et Galli non eodem modo depingent *u* in vocabulis: *textus*, *nunc*, *profundum*. Tab. 1. N.° 8, 13 et 29.

Qui sonos nasiloquos in linguâ latinâ negant esse admittendos; ii signa, vocales nasiloquas repræsentantia, non quasi vocales considerent, sed veluti signa binarum litterarum connexionem exprimentia. Sic in idem redit res, et omnia diluta sunt objecta.

Brevis syllaba indicatur puncto infra vocalem posito; si punctum supra ponatur, longam esse denotat. Tab. 1. N.° 35. *Rosa*, *rosâ*.

## DE INTERPUNCTIONE.

Virgula, virgula inversa et punctum interpunctioni sufficiunt.

Virgula (,) scripturæ communis repræsentatur. . . )

; . . . . . )

: . . . . . )

. . . . . (

! . . . . . (

? . . . . . (

Hæc signa erunt admodùm exigua, et *infra* scripturæ lineam proximè *post* verbum ponentur.

Interpunctionem parvi pendit, nec ferè unquàm servat Stenographus; deincèps verò inter legendum otiosè adjicit.

Loco puncti, spatium paulò majus, phrasis ultimum verbum inter et primum sequentis, dari potest.

Sequentia signa *in* scripturæ lineâ ponuntur:

1.° Signum personarum loquentium vices indicans, quod repræsentatur signo. . . . . =

2.° Virgulæ citatoriæ (gallicè *guillemets*). . ⟫

3.° *Hoc est*, *scilicèt*, *nempè*, etc. . . . . ⌣

4.° *Exempli gratiâ*, *verbi causâ*, etc. . . . ≈

5.° *Et cætera*. . . . . ••

6.° Signa parenthesis eodem modo ac in scripturâ usuali repræsententur: sint autem paulò majora notis SC initialem, et Q, depingentibus.

Hæc prior opusculi pars, ab obtusis quidèm animis aliquot dierum spatio capienda; si indefessæ juncta sit exercitationi manuique veloci, post menses quosdam perfectum Stenographum efficere potest. Pars sequens, levem grammatices notionem requirens, ad summum ducit celeritatis gradum.

# PARS ALTERA.

Huc usque vidimus quomodò scribenda sint vocabula, nullâ litterâ, ad pronunciationem pertinente, omissâ. Nunc, quâ ratione quæcumque composita deducantur ad statum simplicem, dicendum est.

Plerisque vocibus pars est ipsis propria, et sine quâ nulla foret significatio; pars verò altera, cum omnibus ejusdem speciei vocabulis communis; per se quidem nihil significans, sed significationem prioris partis, nondùm determinatam, circumscribens. Hoc in systemate prior solummodò pars, sive *radix*, scribitur; tumque signum peculiare adjectum potestatem vocabuli legendi stabilit. Imò phrases integræ, propter id quod cum præcedentibus commune habent, sæpiùs unico signo designari possunt.

## CONTRACTIONES GRAMMATICÆ.

### DE VERBIS.

Simplicissimis signis modus, tempus, persona, numerus, negativum, interrogativum, et activum vel passivum exprimuntur.

Tabula tertia notas exhibet, omnium *Verborum*, cu-

juscunque speciei et conjugationis, modos et tempora depingentes.

Hæc signa, infra vocabulum proximè præcedens posita, modos et tempora Verbi *sum* denotant. Tab. 4. N.° 1. *Ego sum*, *soror erat*.

Positio inferior Verbis quoquè passivis inservit. Tab. 4. N.° 2. *Amatus fuit*.

Verborum activorum secunda persona singularis imperativi tantùm scribi debet; modi et tempora positione eorumdem signorum superiore designabuntur. Tab. 4. N.° 3. *Amabat*.

DE PERSONIS ET NUMERIS.

Verbi subjectum seu nominativus personam et numerum denotat. Subjectum ergò si exprimatur, simplicitèr notis modos et tempora designantibus utendum est.

Sæpissimè verò fit ut subjectum Verbi subaudiatur; tum persona et numerus indicantur hoc modo:

Primam et secundam personam singularem denotant circuli, initio signorum modos et tempora indicantium juncti.

Prima persona semper obtinet positionem vocalis *O*; scilicet si nota fiat descendendo, circulus ponitur ad sinistram; si autem à sinistrâ dextram versùs pergat, positionem superiorem tenet. Tab.æ 4. N.us 4.us docet quomodò prima persona singularis signis temporum indicativi, imperativi et subjunctivi modi jungenda sit.

Circulus secundæ personæ singularis positionem vocalis nasiloquæ *an* obtinet. Tab. 4. N.° 5.

Tertia persona singularis simplicitèr signis, modos et tempora exhibentibus, depingitur. Tab. 3.

Prima et secunda persona numeri pluralis repræsentantur circulis, ad finem signorum connexis.

Rursùs prima persona positionem *O* obtinet, ut Tab. 4. N.° 6: secunda verò positionem vocalis *an*. Tab. 4. N.° 7. (*)

Vocalis *I* Stenographica, initio notarum, modos et tempora exhibentium, juncta, tertiam personam pluralem denotat. Tab. 4. N.° 8.

Huc usque dictorum vide exempla quædam Tab. 4. N.° 9. *Faciebam*, *faciebas*, *faciebat*; *omiseramus*, *dedissetis*, *dedissent*.

## DE NEGATIONE ET INTERROGATIONE.

In linguâ latinâ vocabula, negationi et interrogationi inservientia, sæpè, multis aliis interpositis, à Verbo separantur: signis ergò quæ, segregatìm posita, nunquàm confundi possunt, sunt exprimenda.

*Non* designatur notâ . . . . . /

*An? ne? num?* . . . . . \

*An non? nonne?* . . . . . Λ

Hæc signa semper in scripturæ lineâ ponenda sunt.

---

(*) De positione vocalium *o* et *an*, vide paginas 13 et 14; vide quoquè paradigma, Tab. 2.

Tab. 4. N.° 10. *Non juvat ; an juvat ? juvatne? an non juvat? non virtus in æternum opprimetur.*

Distinctionem facere volenti inter *non*, *haud* ; *an*, *num*, etc. integrè vocabula scribenda sunt.

## DE VERBO SUM ET VERBIS PASSIVIS.

Nota infra vocabulum scripta Verbum *sum* usque denotat, uno tamen casu excepto : nempè quum signa temporibus verborum passivorum simplicibus, ( seu Verbo *sum* non compositis ) inservientia, infra secundam personam singularem imperativi activi ponuntur. Tunc nullatenùs Verbi *sum* realis præsentia significatur; sed tempora simplicia Verborum passivorum indicantur. Tab. 4. N.° 11. *Amatur*, *amabatur*, *amabitur*, *ametur*, *amaretur*, *amari*, *amator.*

Hæc tempora sunt: præsens, imperfectum, et futurum indicativi; præsens, et imperfectum subjunctivi; præsens infinitivi, et modus imperativus, etc.

Ut hoc in casu tempora composita verborum passivorum designentur, participio integrè scripto signa eadem subjiciantur, quæ tum semper Verbum *sum* adesse denotant. Tab. 4. N.° 12. *Amatus est*, *amatus erat*, *amatus erit*, *amatus sit*, *amatus esset*, *amatum esse*, *amatus esto.*

Hoc in casu potest quoquè signo, tempus et modum indicanti, signum participii adjici; quæ duo signa, si confusio non oriatur, ligari possunt: tunc solummodò secunda persona imperativi modi scribenda est. Tab. 4. N.° 13. *Amatus est.*

Signum participii, infra secundam imperativi personam singularem positum, participia Verbi scripti denotat, non verò præsentiam Verbi *sum*. Tab. 4. N.° 14. *Amandus*.

In temporibus compositis infinitivi Verborum passivorum, participia præterita et futura sunt accuratè ab invicèm distinguenda.

Dixi notas Verbum *sum* exprimentes infra vocabulum proximè præcedens esse ponendas: si verò nullum vocabulum præcedat, simplicitèr infra scripturæ lineam poni possunt.

Verbum *sum*, phrasim incipiens, exprimi quoquè potest ut in linguâ gallicâ. Scilicet consonans Stenographica *Y* exprimit primam personam; *T*, secundam, et *L*, tertiam personam numeri singularis: N, primam; F, secundam, et S, tertiam personam numeri pluralis (*). Notæ modos et tempora indicantes infra hæc signa ponuntur. Tab. 4. N.° 15. *Sum*, *es*, *est*, *sumus*, *estis*, *sunt*, *eram*, etc.

Si pronomina legenda sint, integrè scribantur. Tab. 4. N.° 1. *Ego sum*.

## DE VERBIS ACTIVIS.

Signa Verborum activorum, supra secundam perso-

(*) In omnibus linguis signa hæc eadem, pro Verborum conjugatione, videntur mihi servanda esse; propterea quòd facilè ab invicèm distinguantur.

nam singularem imperativi ponenda, nunquàm confundi possunt. Tab. 4. N.° 16. *Audimus*, *audivimus*.

Verborum deponentium tempora simplicia depinguntur signis supra secundam imperativi personam singularem positis: in temporibus compositis signa hæc infra eamdem personam ponuntur. Si lubeat, celeritatis causâ fingatur secunda persona imperativi ad instar verborum activorum. Tab. 4. N.° 17. *Utimur*, *utebantur*; *oriebantur*, *ortus erat*.

Infinitivi *futurum* et *futurum anterius*, ex participiis in *rus*, *a*, *um*, et Verbo *sum* composita (tam Verborum deponentium quàm activorum) signis convenientibus, supra secundam imperativi personam positis, exprimi possunt. Vide Tab. 3. signa futuri et futuri anterioris. *Amaturum esse*, *imitaturum fuisse* scribuntur ut tab. 4. N.° 18.

Verba, quæ *neutra* et *neutra-passiva* vocantur, activorum et deponentium regulas sequuntur. Tab. 4. N.° 19. *Currebat*, *audebat*, *ausi sunt*.

Verbum *possum* pingetur ut verbum *sum*, nullâ radice scriptâ. Signa verò, modum, tempus, personam et numerum exprimentia, semper ponentur *post* vocabulum proximè præcedens, et *supra* scripturæ lineam. Si nullum præcedat vocabulum, simpliciter *supra* scripturæ lineam ponuntur; quo casu persona et numerus exprimi quoquè poterunt ut tab. 4, n.° 15, exprimuntur pro verbo *sum*. Vide Tab. 4. N.° 20. *Homo potest*; *potest homo*; *possemus enim*.

Hoc in systemate ad significationem Verborum, et

nullatenùs ad diversos temporum exitus attenditur. In usitatis linguis verborum series rudis est ac implicata; non enim ratione, sed more populorum cæco nititur, et variis temporibus locisque varia est: igitur pro Verbis regularibus et irregularibus, iisdem utendum est signis.

## DE SUBSTANTIVIS, ADJECTIVIS ET ADVERBIIS.

Quotiescunquè substantivum, adjectivum, vel adverbium ab alio deducitur, radix solummodò scribenda est; dein adjecta signa veram speciem significationemque vocabuli legendi designant.

Eadem signa substantivis et adjectivis erunt communia; signa verò substantivorum *infra*, et adjectivorum *supra* radices scribuntur.

Signum generale, indicans substantivum vel adjectivum quodlibet à radice scriptâ deductum, exprimitur lineâ verticali . . . . . |

Si scribendum sit *pietas*, *paternus*, scribatur *pie*, *pater*, adjiciaturque signum, ut Tab. 4. N.° 21.

Signum hoc omnibus substantivis et adjectivis inservire potest. Sæpiùs autem expedit substantivorum et adjectivorum exitus indicare, præsertìm si plura deducantur ab eâdem radice.

1.° Substantiva in *tio*, *atio*, *itio* et similibus desinentia, plerumquè à verbis deducta, et actionem verbo expressam significantia: item adjectiva in *ivus*, *a*, *um*, à verbis quoquè provenientia, repræsentantur hoc signo . . . . . \

*Temperatio*, *ostentatio*; *conjunctivus*, *a*, *um*. Tab. 4. N.° 22.

2.° Substantiva in *mentum*, à verbis sæpè deducta; et adjectiva in *osus*, *a*, *um* . . . . . /

*Temperamentum*, *fucosus*, *a*, *um*. Tab. 4. N.° 23.

3.° Substantiva in *bilitas*, et adjectiva in *bilis*, *e*, à verbis quoquè deducta . . . . . ⌒

*Amabilitas*, *amabilis*. Tab. 4. N.° 24.

4.° Substantiva, plerumquè in *tas* terminata, et deducta ab adjectivo, quod ipsum à radice scriptâ derivatur: item adjectiva in *icus*, *a*, *um* . . . ⌣

*Fraternitas* (provenit enim à *fraternus*, quod ipsum à *frater* derivatur); *Astronomicus*, *a*, *um*. Tab. 4. N.° 25.

5.° Substantiva in *or* terminata, personam à quâ fit actio Verbo expressa, significantia: item adjectiva in *orius*, *a*, *um*, à verbis quoquè deducta . . (

*Pacificator*, *pacificatorius*, *a*, *um*. Tab. 4. N.° 26.

6.° Substantiva in *itius*, *itia* vel *itium*, et adjectiva in *arius*, *a*, *um* . . . . . )

*Fabricius*, *vitium*, *nefarius*, *a*, *um*. Tab. 4. N.° 27.

7.° Substantiva in *entia et antia*, à verbis deducta, repræsentantur signo participii præsentis, infra radicem posito . . . . . ∫

*Intelligentia*, *intelligens*. Tab. 4. N.° 28.

Hæc signa terminationes sibi proprias quoquè designare possunt, quanquàm non adsint omnes conditiones suprà requisitæ. Exempli gratiâ substantivum in *orium* repræsentari potest velut adjectiva in *orius*, *a*, *um*; eodem scilicet signo, eamdem positionem obtinente. Substantivum in *tas*, quanquàm non derivetur ab adjectivo, à radice scriptâ deducto, attamen eodem modo repræsentari poterit. Idem de cæteris dicendum.

Adverbia signis adjectis designare sæpiùs est inutile; quæ tamen scriptu sunt longiora, lineâ horizontali supra radicem positâ repræsentantur . . . . . —

Quoniam adverbia sæpè ab adjectivis derivantur, signum generale adverbiorum superimponere licet notis, terminationes adjectivorum indicantibus. Tab. 4. N.° 29. *Fraternè*, *amabilitèr*.

Ne confundantur substantiva, adjectiva et adverbia cum Verbis, quæ iisdem omninò signis exprimuntur, consultum est sequentem servare legem.

Si substantiva, adjectiva vel adverbia signis adjectis repræsentanda sint; tunc radix si Verbum sit, scribatur in primâ personâ singulari præsentis indicativi; si radix verò sit substantivum vel adjectivum, in ablativo singulari. Si Verba signis adjectis repræsententur, vidimus, quantùm fieri potest, radicem ponendam esse in secundâ personâ singulari modi imperativi; si verò radix sit substantivum vel adjectivum, scribatur potiùs in nominativo, genitivo vel dativo; ita scilicet ut fiat distinctio inter hos casus et ablativum supradictum. Tab. 4. N.° 30. *Donatio*, *donabitur*; *laudabilis*, *laudaverit*; *laudativus*, *laudabit*; *clarificus*, *clarificavit*.

Semper radix brevissima scribenda est, in quantum perspicuitati non noceat. Si scribendum sit *modificatio*, scribatur *modo*. Sic Tab. 4. N. ° 30. Pro *clarificavit*, tantùm scribitur *clari*, adjecto cum signo; non verò *clarifica*.

Si plura Verba ab eâdem radice deriventur, quæ longiora scriptu sunt signis adjectis denotantur; talia sunt Verba in *ficare*, *facere*, etc.; reliqua verba, ab eâdem radice deducta, scribi debent in secundâ personâ imperativi; ut suprà vidimus.

## DE CASIBUS.

Puncto, circulo, et semi-circulo (vocalem *I* denotante), omnes casus utriusque numeri repræsentantur.

Casus nominum scriptu facillimus integrè scribatur: dein legendi casus, si numeri singularis sint, punctis; si verò pluralis, circulis designantur, hoc ordine:

Indicatur genitivus, si punctum vel circulus supra vocabulum ponatur; accusativus, si post vocabulum et supra scripturæ lineam; dativus, si infra vocabulum; ablativus, si post vocabulum et infra scripturæ lineam; nomitivus, si post vocabulum et in scripturæ lineâ. Tab. 4. N. ° 31. *Itineris*, *itineri*, *itinere*, *itinera*, *itinerum*, *itineribus*; *dominorum*, *fortibus*.

Si nominis radix tantùm scripta sit, et adjectæ notæ denotent substantivum vel adjectivum, tum puncta et circuli respectu notarum adjectarum locum obtinent. Scilicet pro genitivo et accusativo punctum supra signum ponitur, pro dativo autem et ablativo, infra; pro genitivo et dativo, ad sinistram; et pro accusa-

tivo et ablativo, ad dextram. Nominativus (*) singularis designatur signo simplicitèr radici adjecto. Tab. 4. N.° 32. *Amabilitas*, *amabilitatis*, *amabilitati*, *amabilitatem*, *amabilitate*.

In numero plurali, notis radici adjectis connecti possunt circuli. Pro genitivo et accusativo initio signi jungantur; pro dativo et ablativo, fini. Genitivus et dativus obtinent positionem vocalis O; accusativus et ablativus, vocalis nasiloquæ *an*. Nominativus pluralis repræsentatnr jungendo vocalem *I* initio notarum radicibus adjectarum. Tab. 4. N.° 33. *Demonstrativi*, *sacramentorum*, *magnificorum*, *officiorum*, *necessariis*, *demonstrativos*.

Hoc igitur in casu genitivus pluralis respondet Verborum primæ, et accusativus secundæ personæ singularis numeri; dativus primæ, et ablativus secundæ personæ numeri pluralis. Tab. 4. N.° 4, 5, 6 et 7.

Nominativus pluralis respondet tertiæ personæ plurali. Tab. 4. N.° 8; et nominativus singularis tertiæ personæ singulari. Tab. 3.

Si semi-circulus, nominativum repræsentans, vel circuli, genitivum et accusativum indicantes, notis participia designantibus jungendi sint; ponantur inter arcum (notas istas incipientem) et lineam rectam (ipsas terminantem). Tab. 4. N.° 34. *Amandorum*, *amantium*, *amandos*.

Eædem regulæ obtinent in casibus contractionum se-

(*) Accusativum eodem modo plerumquè designare fas est.

quentium (scilicet logicarum, etc.) designandis; ut ex dispersis hinc inde exemplis tabulæ quartæ eruendum est.

Vocativus designatur ut nominativus.

DE GRADIBUS COMPARATIONIS.

Comparativus in *or*, *us* (plerumquè formatus à positivi casu in *i*, addendo *or*, *us*) exprimitur signo . . . . . (

Superlativus in *imus*, *a*, *um*, et plerumquè in *simus*, *a*, *um*, designatur notâ . . . . . )

Hæ notæ proximè post comparativi et superlativi radices, et in scripturæ lineâ ponendæ sunt.

Adverbia quædam, in comparationibus sæpè usitata, ordine repræsentantur tab. 4. N.° 35. 1.° *Magìs*, 2.° *maximè*, 3.° *minùs*, 4.° *minimè*, 5.° *valdè*, 6.° *plùs minùsve*, 7.° *magìs magìsque*, 8.° *eò magìs*, 9.° *eò minùs*.

Hæc signa quoquè in scripturæ lineâ ponenda sunt.

Notæ, adverbia *maximè* et *minimè* repræsentantes, supra vel infra radicem positæ, vocabulis, quæ vocantur *augmentativa* et *diminutiva*, exprimendis inserviunt.

Tab. 4. N.° 36. *Largioris*, *pulchriorem*, *facillimorum*, *fortissimus*, *maximè idoneus*, *archipirata*, *filiolus*.

Adverbia, in comparativo vel superlativo gradu po-

sita, repræsentantur ut adjectiva; tunc verò adjicitur signum adverbiorum generale, linea scilicet horizontalis.

## DE REPETITIONE.

Duo repetitionum genera hìc admittuntur:

1.° Repetitio vocabulorum vel phrasium sese invicèm, nullo alio interveniente vocabulo, sequentium; quæ *proxima* vocatur.

*Excitate, excitate eum, si potestis, ab inferis.*

*Num Christianus es? Sum Christianus.*

2.° Repetitio vocabulorum, quæ sempèr vocabulo, ad quod referuntur et quod sæpè regunt, separantur; hæc audit *relativa.*

*Sint incolumes, sint florentes, sint beati.*

*Qui tractant ista, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui spargunt.*

Repetitio proxima vocabuli designatur accentu circumflexo, post vocabulum repetendum, et infra scripturæ lineam posito.

*Excitate* ʌ *eum, si potestis, ab inferis.*

Repetitio proxima phrasis, vel responsio affirmativa ad quæstionem exprimitur accentu circumflexo inverso, rursùs post vocabulum phrasim vel quæstionem terminans, et infra scripturæ lineam posito.

*Num Christianus es?*

V

Si vocabulum, phrasis, vel cantilenæ versiculus tèr vel pluriès scribi debeat, tertia connectatur linea, vel plurés, duabus prioribus, repetitionis signum constituentibus. Tab. 4. N.° 37.

Si responsio ad quæstionem negativa sit, duæ signi repetitionis lineolæ circulo junguntur. Tab. 4. N.° 38. *An fecisti? Non feci.*

Repetitio relativa duobus punctis infra vocabulum repetendum horizontalitèr dispositis, exhibetur.

*Sint incolumes, florentes, beati.*

*Qui tractant ista, tergunt, ungunt, verrunt, spargunt.*

---

## CONTRACTIONES LOGICÆ.

Contractiones quædam propiùs ad logicam accedere videntur.

In quatuor abeunt classes, quatuor semi-circulis, quibus linea recta jungitur, designatas. Hæc signa ordine depinguntur tab. 4. N.° 39.

Signum primæ classis, infra radicem positum, significat actionem, factum, vel productum, quæ à radice scriptâ propter quamlibet causam originem ducunt, ut: *Latrocinium*, *fratricidium*.

Hoc modo pingi possunt nomina quædam collectiva. *Liliacei* etc.

Idem signum, supra radicem positum, personam significat quæ objectum, nomine scripto repræsentatum, tractat, conficit, emit, vendit etc., vel quæ actionem, Verbo expressam, facit. Hoc modo quoquè pingere licet res inanimatas et adjectiva. *Aurifex*, *opifex*, *piraster*, *frugifer*.

Si verò nota hujus classis in scripturæ lineâ ponatur, significat vocabulum *mercator*.

Nota inserviens secundæ classi, posita infra radicem, designat religionem, sectam, scientiam, artem, systema etc., et potissimùm quidem syllabas *graphia*, *logia*, et *ismus*. *Agricultura*, *Christianismus*, *stenographia*, *theologia*.

Hæc nota, supra radicem posita, personam scientias vel artes excolentem, religionem vel doctrinam profitentem designat. *Agricola*, *Christianus*, *stenographus*, *theologus*.

Signum tertiæ classis, infra radicem positum, munus, dignitatem, vitæ rationem, indicat. *Consulatus*, *pontificatus*.

Eodem signo, supra radicem posito, repræsentantur qui dignitatem gerunt.

Nota quartæ classis, infra radicem posita, significat regionem, urbem, locum, quæ à nomine scripto ducunt originem, propter quamlibet causam. *Amstelodamum*, *Capitolium*, *Petropolis*.

Quòd si nota supra radicem ponatur, personam denotat quæ incolit regionem, urbem vel locum, nomine

scripto repræsentatum. Hæc nomina sæpè desinunt in *Ensis*. *Gandavensis*, *Bruxellensis*, *montanus*.

Nota quartæ classis, in scripturæ lineâ posita, significat vocabulum *incola*.

In contractionibus logicis genus femininum indicatur, si notæ lineâ rectâ incipiantur, et semi-circulo terminentur. . . . . .

Exempla quædam exhibentur tab. 4. N.° 40. *Opifex*, *stenographia*, *stenographorum*, *Christianis*, *consulatus*, *Amstelodamum*, *Gandavensibus*, *procuratrix*.

---

## APPENDIX AD CONTRACTIONES.

Notæ sequentibus terminationibus inservientes, sempèr post vocabuli partem scriptam, et infra scripturæ lineam ponuntur:

*Ulus* vel *ullus*, *a*, *um* pingitur . . . . . )

. . . . . .

*Ctus*, *a*, *um*, . . . . . —

Terminationes *cunque*, *libet*, *vis*, quæ in pronominibus et adverbiis quibusdam occurrunt, repræsentare licet vocali *i* stenographicâ, post radicem quoquè et infra scripturæ lineam positâ; ut in vocabulis: *Quicunque*, *quilibet*, *quivis*. Si verò has ipsas inter termi-

nationes distinctionem fieri velis, integrè vocabula scribenda sunt.

Notæ sequentes vocabula integra (*) repræsentantes, infra scripturæ lineam et post vocabulum præcedens ponuntur:

*Quid* repræsentatur . . . . . ı

*Quidquid* . . . . . ıı

*Cum* (sive conjunctio sit, sive præpositio) . \

*Quod* (sive conjunctio, sive pronomen)(**). /

*Quam* (sive conjunctio, sive pronomen) . . ⌒

*Quanquam* . . . . . ∽

*Ullus*, *a*, *um* . . . . . )

Notæ verò sequentes, vocabula quoquè integra repræsentantes, in scripturæ lineâ ponendæ sunt:

*Atque*, *et*, designare licet lineâ horizontali, vocalem *E* repræsentante (***) : . . . . . —

Pronomen relativum *qui*, *quæ*, masculini vel feminini generis, et in nominativo singulari positum . . . . . •

---

(*) Aliquandò terminationibus inservire possunt, ut in: *aliquid*, *aliquod*, *nusquàm*, etc.

Si confusio non oriatur, has notas ponere quoquè licet in scripturæ lineâ. Ut in *quanquam*.

(**) *Quot*, *quotquot* eodem artificio designentur.

(***) Tunc autem præpositio *E* et pronomen *hæ* debent pingi lineâ verticali.

*Qui*, *quæ* (*), in numero plurali . . o vel ⌣

Verbum *dicere* repræsentetur simplicitèr signis verborum supra vocabulum præcedens positis. Si nullum vocabulum præcedat, persona et numerus exprimantur ut tab. 4. N.° 15, exprimuntur in verbo *sum* : tunc verò personas et numeros verbi *possum* hoc modo depingere non licet, ne oriatur confusio. Ut autem passivum *dici* (**) significetur, hæc signa intersecantur lineolâ obliquâ. Hoc modo scribantur : *multa dixit*, *multa dicuntur*; *dixerat*. Eodem artificio, si tempus urgeat, designari possunt illorum Verborum synonyma, quin imò Verba aliquatenùs ad eamdem accedentia significationem ; quæ certè, si venia paululùm extendatur, frequentissimè occurrunt.

Exempla quædam vide tab. 4. N.° 41. *Oculorum*, *doctus*, *quocunque*, *nunquàm*, *multa dixit*, *multa dicuntur*, *dixerat*.

Signum *adversativum*, tab. 4. N.° 42. depictum, contraria et opposita indicat. Supra vel infra vocabulum ponitur. Tab. 4. N.° 43. *Divites et pauperes*.

---

(*) Propterèa distinctionem feci numerum pluralem inter et singularem, quòd tum inter temporis scribendi numeros nulla sæpiùs distinctio fieri oporteat : attamen *qui*, *quæ*, in plurali numero, fas quoquè est puncto depingere.

Si confusio non timeatur, genitivus puncto vel circulo supra, et ablativus puncto vel circulo infra scripturæ lineam, et post vocabulum præcedens posito, designantur. *De quibus antè dixi*; *cujus liber* scribantur : *de* o *antè dixi*; • *liber*.

(**) Tempora quædam composita hoc modo non sunt contrahenda, si accuratè scribere velis. Vide pag. 25.

# NUMERATIO STENOGRAPHICA.

Notæ arithmeticæ, tab. 4. N.° 44. repræsentatæ, inter se connectuntur veluti cæteri characteres stenographici.

Lineæ rectæ, *unum* et *duo* significantes, sempèr descendendo delineantur, et quamcunque positionem obtinent. Signa circulo et arcu composita, et sempèr ascendendo exaranda, tantùm initio numeri adhibentur; sæpè verò, ut recta conservetur scripturæ linea, duobus prioribus præferuntur.

Linea obliqua, notam 3 significans, triplò major sit oportet signo zerum indicante: qui duo characteres vel ascendendo vel descendendo delineantur.

Circulus, notis arithmeticis connexus, et quamlibet obtinens positionem, notam quam proximè sequitur indicat esse repetitam.

Nota stenographica, 9 repræsentans, si circulus eam præcedat, vel linea horizontalis sequatur, lineâ designabitur arcu terminatâ.

Punctum *mille* significat; et circulus, segregatìm positus, *millies mille*, sive *millionem*.

Si circulus segregatìm, vel punctum post cæteras cyphras stenographicas ponatur, numerus indè resultans æquivalet producto, provenienti ex multiplicatione circuli vel puncti per numerum cyphris istis expressum.

Si verò segregatìm circulus, vel punctum ponatur ante cæteras cyphras stenographicas, numerus indè proveniens æquivalet summæ, quæ componitur ex additione circuli vel puncti et numeri cyphris significati.

*Mille* exprimitur . . . . . •

*Millio* . . . . . o

*Billio* . . . . . o.

*Trillio* . . . . . o..

*Quatrillio* (*) . . . . . o...

Notis arithmeticis linea horizontalis subducenda est, ne cum litteris stenographicis confundantur. Cautio hæc aliquandò est inutilis.

Exempla quædam vide tab. 4. N.° 45. (1.°) 111. (2.°) 222. (3.°) 330. (4.°) 9994. (5.°) 1814. (6.°) 8000. (7.°) 1008. (8.°) 8000000. (9.°) 1000008.

## CONTRACTIONES NUMERALES.

Numerus ordinalis contrahitur, si generale adjectivorum signum, linea nempè verticalis, radici superimponatur. Ut in: *tertius*, *centesimus*, *millesimus*.

---

(*) Omne artificium istius methodi consistit in eo, quòd circuli et puncta, numerum exprimentia, sempèr haberi possunt ut *factores* istius numeri.

Quatrillio = 1000000 (o) X 1000 (·) X 1000 (·) X 1000. (·)

Quanquàm non sequor, attamen inventoris methodum nullatenùs arguo.

Numerus ordinalis, adverbialitèr sumptus, signo adverbiorum generali, supra radicem posito, indicatur. Ut in : *tertiò*.

Adjectiva *numerica* in *plex* contrahuntur signo . /

Adverbia in *plicitèr* . . . . . .

Adjectiva in *plus*, *a*, *um*, . . . . . .

Adverbia in *plò* (*) . . . . . .

Adjectiva in *ni*, *æ*, *a*, . . . . . .

Adverbia in *iès* . . . . . .

Verbi gratiâ in vocabulis : *triplex*, *quadruplex*, *multiplex*, *triplicitèr*, *duplus*, *a*, *um*, *duplò*, *terni*, *æ*, *a*, *trigesiès et septiès*.

Adjectiva in *farius*, *a*, *um*, et adverbia in *fariàm* repræsententur uti dictum est pag. 29 et 30.

---

## LICENTIÆ ET OBSERVATIONES.

Omnia Stenographo sunt licita, quæ ad majorem ducunt celeritatem, et perspicuitati non nocent.

Signum horizontale *j* repræsentans initio vocabuli adhibere fas est, si proximè sequatur consonans horizontalis ; ut in : *jejunus*, *gemo*.

---

(*) Quandoquè lineam horizontalem connectere licet signis terminationes adjectivorum indicantibus.

Consonantes *x* et *sc* componuntur ex sono sibilante et gutturali ; magìs autem sono ad sibilantes accedunt , atque ideò inter eas numerantur.

*Ch* ad gutturales spectat in linguâ latinâ; in gallicâ verò ad sibilantes.

Quando vocalis *i* vocalem *e* sequitur , hæ notæ non coalescant , si confusio timeatur. Id accidit in nominibus quartæ declinationis, in vocabulo *ei* , etc.

Nota vocalem gallicam *ou* exprimens , in linguâ latinâ *u* repræsentat. (*)

Aliquandò pro signo alio aliud scribere licet. *Tuum* scribatur *tuum* , vel *tuom* ; *pompa* , *tempus* , *quem* , *matrem* , *amarem* , *justam* scribantur : *ponpa* , *tenpus* , *quen* , *matren*, *amaren* , *justan*. Vide Tab. 5.

Diphthongus *au* pingatur notis stenographicis *au* , vel *ao* , vel simplicitèr *o* ; *aut* scribatur *aut* , vel *aot* , vel potiùs *ot*.

Quid vetat vocabula quæ Galli à Latinis mutuati sunt , nos quoquè ab ipsis Gallis mutuari ? Igitur pro *noster* , *nostra* , *nostrum* , *fortis* , scribatur : *notre* , vel *notr* , *notra* , *notrum* , *for*. Terminationes in *bundus* , *ilis* , *inus* , *tudo* , scribantur *bon* , *il* , *in* ,

---

(*) Littera *w* , quæ Belgis , Anglis , aliisque populis habetur ut consonans , mera vocalis est : pronunciatur enim velut *u* vel *ou* ; ut in vocabulis : *wel* , *wagen* , *wak* ; *wife* , *twenty*. Igitur *w* pingatur notâ stenographicâ vocalem *u* latinam exprimente ; nec opus est ullam facere distinctionem. Cæterùm , post tempus quoddam , stenographiam exactam hisce linguis applicatam in lucem edere conabor.

*tud* : pro *errabundus* , *fertilis* , *Alexandrinus* , *beatitudo* , scribatur : *errabon* , *fertil* , *Alexandrin* , *beatitud*. Idem obtinet in vocabulis in *ius* , quorum multa sunt nomina propria ; in *alis* , *aris* , etc. Sæpiùs autem contrahi possunt signo substantivorum et adjectivorum generali. (*) Vide pag. 28.

Etsi secundam imperativi personam singularem tanquàm radicem in Verbis adhibendam esse dixi; hæc tamen regula non adeò generalis, quin exceptiones patiatur. Tab. 4. N.° 9. *Dedissent*.

Plurimis in Verbis, loco participii præteriti, scribere sufficit tertiam personam singularem præsentis indicativi ; scilicet quando participium istud formatur jungendo *us* personæ supradictæ. *Amat* pro *amatus* , *audit* pro *auditus*.

In temporibus quibusdam compositis Verborum passivorum , dixi participiis integrè scriptis signa esse subjicienda ; quæ verò tempora composita cum simplicibus confundi non possunt , repræsentare licet secundâ personâ singulari imperativi , cum adjecto signo.

Futurum infinitivi passivi fas est designare ut tempora simplicia; scilicet signo sibi proprio infra secundam imperativi personam posito : tunc autem diversæ temporis ejusdem non exprimuntur commutationes ; verbi gratiâ : *amandum esse* , *amatum iri* , *amatum fore* eodem modo pinguntur.

Quando tempora composita infinitivi repræsentantur ac si forent tempora simplicia , inter numerum sin-

(*) Ad infinitum ferè terminationum systema extendi potest ; sed modus in rebus est adhibendus.

gularem et pluralem nulla fit distinctio, quia nec participia, nec participiorum signa scribuntur. Si verò distinguere velis, indicatur pluralis circulo inserendo inter arcum (signum incipientem) et lineam rectam (illud terminantem). Tab. 4. N.° 46. *Amatum fuisse*, *amatos fuisse*, *amandum esse*, *amandos esse*, *amandum fuisse*, *amandos fuisse*.

Facilè quisque videt tam verborum activorum quàm passivorum tempora composita pluribus modis depingi posse: non regulis opus, quum res in aperto est. (*) Inutile quoquè foret dicere quomodò repræsentanda sint tempora ex variis participiis et verbo *sum* conflata ut: *amandus sum*, *amaturus sum*, *amandus eram*, *amaturus eram*, etc.

Non sempèr opus est signa, personas et numeros exprimentia, signis modorum et temporum jungere, quanquàm verbi subjectum nullatenùs exprimatur.

Si plura substantiva vel adjectiva in eodem numero et casu posita, sese proximè sequantur, illorum primi tantùm numerus et casus indicari debent.

Inter dativum et ablativum numeri pluralis nullam oportet facere distinctionem; nec scripturâ enim communi, nec pronunciatione inter se differunt: vide Tab. 5. (**) Quòd si segregatìm ponatur circulus, dativi positio est præferenda, ut nulla confusio sit inter ablativum et pronomen *quibus*. Vide pag. 39.

---

(*) Plura supersunt dicenda, quæ usus facilè docebit.

(**) Eadem aliis in casibus utriusque numeri sæpissimè est similitudo.

Si quis cyphris stenographicis quæstiones arithmeticas solvere velit, notas istas segregatìm ponendi facultas est.

Adjectiva numerica in *geminus*, *a*, *um*, quandoquè designare licet ut adjectiva in *plex* vel *plus*, *a*, *um*.

Conjunctiones quæ *postpositivæ* vocantur, ut: *ne que*, *ve*, segregatìm ponuntur, si vocabuli, cui jungi debent, terminatio signis adjectis indicatur.

Quanquàm signa radicibus adjecta multùm conferant ad celeritatem, attamen non plura supra vel infra eamdem radicem sunt agglomeranda.

In vocabulis quæ præpositionibus componuntur, præpositio sæpiùs omittatur; velut in: *admirari*, *admiratio*, *cognoscere*, *confidere*; scribatur: *mirari*, *miratio*, *noscere*, *fidere*.

Quæ vocabula maximè sunt usitata, sæpiùs sufficit primis tantùm indicare litteris, præsertim si exitus adjecto signo designatur.

Plerisque in circumstantiis omittantur conjunctiones plurimæ, phrasium partes, imò phrases integræ. Stolidè enim egit, qui curâ solerti ad unguem exscripserit prolixam magistri dissertationem. Si res autem postulat, Stenographi expedita manus minimam vocis flexionem non prætermittet.

Ad inventoris exemplum, inter nominum genera (contractionibus logicis exceptis) nullam signis peculiaribus feci distinctionem. In minutilis istis non gloriatur Stenographus. Prætere à vocabula integrè scribere us-

què licet; quâ ratione in totâ linguâ latinâ nulla vox, pronunciatione distincta, confundi potest.

A systemate Domini CONEN DE PRÉPÉAN nusquàm aberravi; quas verò feci commutationes, vel quæ nova intuli, non, nisi post longam proprietatum linguæ latinæ indagationem, ausus sum.

Scriptura hæc stenographica celerior multò est, quàm primo aspectu videtur: qui enim tempus linearum numero ducit esse æstimandum, vehementèr errat. In scripturâ communi litteræ sempèr ascendendo vel descendendo figurantur; ità ut, quanquàm spatio contineri videantur minimo, attamen reipsâ maximum percurrerint: stenographia exacta verò plurimas habet notas horizontales, quæ, rectà pergentes, inceptam quàm citissimè perficiunt lineam.

Systema contractionum applicari potest ad scripturam usualem. Ergò qui characteribus stenographicis scribere noluerint, rationem tamen scribendi celerrimam unius diei tempore sibi comparare valent. *Amabat*, *amabatur*, *amaturum fuisse*, *amandum fuisse*, *orietur*, *ortus esset*, *ortus fuisset*, *pacificator*, *pacificatorius*, scribantur:



# ELUCIDATIO TABULÆ QUINTÆ.

NEMO unquàm mihi, Scipio, persuadebit, aut patrem tuum Paulum, aut duos avos tuos, Paulum et Africanum, aut Africani patrem, aut patruum, aut multos præstantes viros, quos enumerare non est necesse, tanta esse conatos, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent; nisi animo cernerent posteritatem ad se pertinere. An censes (ut de me ipse aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos nocturnosque, domi militiæque suscepturum fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus? Nonne melius multò fuisset, otiosam ætatem, et quietam sine ullo labore, et contentione traducere? Sed, nescio quomodo, animus erigens se, posteritatem semper ita prospiciebat, quasi, cum excessisset è vitâ, tum deniquè victurus esset. Quod quidem ni ita se haberet ut animi immortales essent, haud optimi cujusque animus maximè ad immortalitatis gloriam niteretur.

Quid, quod sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo? Nonne vobis videtur animus is, qui plus cernat, et longiùs, videre se ad meliora proficisci: ille autem, cujus obtusior sit acies, non videre? Equidem efferor studio patres vestros, quos colui et dilexi, videndi: neque verò eos solùm convenire aveo, quos ipse cognovi; sed illos etiam de quibus audivi, et legi, et ipse conscripsi.

Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit, neque tanquàm Peliam recoxerit. Quòd si quis deus mihi largiatur, ut ex hâc ætate repuerascam, et in cunis vagiam, valdè recusem. Nec verò velim, quasi decurso spatio, ad carceres à calce revocari. Quid enim habet vita commodi? Quid non potiùs laboris? Sed habeat sanè: habet certè tamen aut satietatem, aut modum. Non libet enim mihi deplorare vitam, quod multi, et ii docti, sæpe fecerunt. Neque me vixisse pœnitet; quoniam ita vixi, ut non frustra natum me existimem: et ex vitâ istâ discedo, tanquàm ex hospitio, non tanquàm ex domo: commorandi enim natura diversorium nobis, non habitandi locum dedit.

O præclarum diem, cum ad illud divinum animorum concilium cœtumque proficiscar, cumque ex hâc turbâ et colluvione discedam! Proficiscar enim non ad eos solùm viros, de quibus antè dixi; sed etiam ad Catonem meum, quo nemo vir melior natus est, nemo pietate præstantior: cujus à me corpus crematum est; quod contra decuit ab illo meum: animus verò me deserens, sed respectans, in ea profectò loca discessit, quò mihi ipsi cernebat esse veniendum. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum: non quòd æquo animo ferrem; sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum et discessum fore. His mihi rebus, Scipio, (id enim te cum Lælio admirari solere dixisti) levis est senectus, nec solùm non molesta, sed etiam jucunda. Quòd si in hoc erro, quòd animos hominum immortales esse credam, libentèr erro: nec mihi hunc errorem, quo delector, dum vivo, extorqueri volo. Sin mortuus, ut quidam

minuti philosophi censent, nihil sentiam, non vereor ne hunc errorem meum mortui philosophi irrideant. Quòd si non sumus immortales futuri, tamen extingui homini suo tempore optabile est : nam habet natura, ut aliarum omnium rerum, sic vivendi modum. Senectus autem peractio ætatis est, tanquàm fabulæ, cujus defatigationem fugere debemus, præsertim adjunctâ satietate.

CICERO *de senectute*.

# DE CONTRACTIONIBUS QUIBUSDAM

*Belgicæ, Germanicæ, Anglicæ, Italicæ, atque Hispanicæ linguæ, ad scripturam usualem applicatis.*

De conjugatione Verborum Belgicæ, Germanicæ et Anglicæ linguæ vide methodum Gallicam: de verbis autem Italicæ linguæ, et Hispanicæ vide insuper methodum Latinam.

In declinatione articuli definiti, numeri singularis casus punctis exprimuntur, pluralis verò circulis. Pro nominativo et accusativo puncta et circuli in scripturæ lineâ ponuntur; pro genitivo et ablativo supra, et pro dativo infra scripturæ lineam.

EXEMPLA:

*De moeder* scribatur . . . . . *moeder.*

*Het kind*, . . . . . *kind.*

*Des vaders*, . . . . . *vader.*

*De moeders*, . . . . . (*) o *moeder.*

(*) Circulus, in scripturæ lineâ ponendus, in spiram (ꝏ) convolvere fas est, ne cum litterâ O confundatur.

*Dem Himmel*, . . . . . *himmel.*

*Das Messer*, . . . . . *messer.*

*Die Himmel*, . . . . . *himmel.*

*Den Himmeln*, . . . . . *himmel.*

*To the father*, . . . . . *father.*

*The languages*, . . . . . *language.*

*Of the languages*, . . . . . (*) *languages.*

*Il padre*, . . . . . *padre.*

*Allo spirito*, . . . . . *spirito.*

*Delle anime*, . . . . . *anime.*

*El enemigo*, . . . . . *enemigo.*

*La duda*, . . . . . *duda.*

*De los pecados*, . . . . . *pecado.*

(*) Punctum pro circulo ponitur. Vide pag. 45.

# DE SUBSTANTIVIS, ADJECTIVIS ET ADVERBIIS.

De signo generali substantivorum et adjectivorum, item de ejusdem positione, vide pag. 28, atque de adverbiorum signo, pag. 30.

## DE LINGUA BELGICA.

1.° Substantiva in *ing*,
Et adjectiva in *ig* contrahuntur signo . . ⟍

*Verwondering*, *moedig* scribantur: *verwonder*, *moed*.

2.° Subst. in *sel*,
Et adj. in *agtig* . . . . . ⟋

*Beginsel*, *waaragtig* scribantur: *begin*, *waar*.

3.° Subst. in *nis*,
Et adj. in *lyk* . . . . . ⌒

*Gelykenis*, *keizerlyk* scribantur: *gelyk*, *keizer*.

4.° Subst. in *heid*,
Et adj. in *baar* . . . . . ◡

*Schoonheid*, *dankbaar* scribantur: *schoon*, *dank*.

I Stenographica (◡) fini notarum, quæ adjectivorum exitus indicant, connexa, terminationem

*heid* significat; ut in: *Standvastigheid*, *vreesagtigheid*, *gelykheid*, *eerbaarheid*, *werkzaamheid*, *kinderloosheid*; scribatur: *standvast*, etc.

5.° Subst. in *er*, *iger*,
Et adj. in *zaam* . . . . . .

*Drukker*, *werkzaam* scribantur: *druk*, *werk*.

6.° Virgula, supra radicem posita, indicat terminationem *loos*; si verò ponatur infra radicem, terminatio *ryk* significatur. *Moederloos*, *aardryk*, *bloemryk* scribantur: *moeder*, *aard*, *bloem*.

## CONTRACTIONES LOGICÆ.

Vide page 35.

Ad primam classem spectant: *Hout-werk*, *zilver-werk*, *liefhebbery*, *beuzelry*, *dienaar*, *wandelaar*, *dronkaard*, *breister*, *zilver-smid*. Signum hujus classis, in scripturæ lineâ positum, significat vocabulum *maaker*; ut in: *Kleer-maaker*, *schoen-maaker*.

Ad secundam classem: *Gods-geleerdheid*, *regts-geleerdheid*, *sterre-kundigen*.

Ad tertiam: *Vorstendom*, *borger-meesterschap*, *borgermeester*, *veld-oversten*. Signum hujus classis, infra radicem positum, indicat quoquè terminationem *schap*, ut in: *gemeenschap*, *vyandschap*, *weetenschap*.

Ad quartam: *Schaapen-stal*, *paarden-stal*, *Amsterdam*, *Bruggeling*, *Rotterdammer*, *Fransch-man*. Signum hujus classis, in scripturæ lineâ positum, significat *inwoonder van*.

---

## DE LINGUA GERMANICA.

1.° Substantiva in *ung*,
Et adjectiva in *ig* contrahuntur signo . . . \

*Entschuldigung*, *traurig* scribantur: *Entschuldig*, *traur*.

2.° Subst. in *sal*, *sel*,
Et adj. in *haft*, *haftig* . . . . . /

ut in: *Schicksal*, *Stöpsel*, *gewissenhaft*, *zweifelhaftig*.

3.° Subst. in *niss*,
Et adj. in *lich* . . . . . ⌒

*Bildniss*, *ehrlich*.

4.° Subst. in *heit* et *keit*,
Et adj. in *bar* . . . . . ⌣

*Bescheidenheit*, *Ehrbarkeit*, *Lauterkeit*, *wunderbar*.

I Stenographica (⌣) fini notarum, quæ adjectivorum terminationes indicant, adjuncta, terminationem *keit* significat; ut in: *Hartnäckigkeit*, *Leckerhaftigkeit*, *Lieblichkeit*, *Fruchtbarkeit*, *Seltsamkeit*; scribatur: *Lecker*, etc.

5. ° Subst. in *er*, *iger*,
Et adj. in *sam* . . . . . (

*Krieger*, *Peiniger*, *einsam*.

6. ° Virgula, supra radicem posita, indicat terminationem *los*; at infra radicem, terminationem *reich*. *Liebreich*, *fruchtlos*, *gottlos*, scribantur: *lieb*, *frucht*, *gott*.

## CONTRACTIONES LOGICÆ.

Vide pag. 35.

Ad primam classem spectant: *Prasserey*, *Silberwerk*, *Spielerinn*, *Apfelbaum*. Signum primæ classis, in scripturæ lineâ positum, denotat vocabulum *macher*; ut in: *Lichtermacher*, *Schuhmacher*.

Ad secundam: *Gottesgelahrtheit*, *Erdmesskunst*, *Gottesgelehrter*.

Ad tertiam: *Papstthum*, *Bürgermeisterschaft*, *Feldherr*. Signo hujus classis, infra radicem posito, indicare licet terminationem *schaft*; ut in: *Freundschaft*, *Gesellschaft*, *Bürgschaft*, *Wanderschaft*.

Ad quartam: *Frankreich*, *Franzos*. Nota quartæ classis, in scripturæ lineâ posita, significat *Einwohner in*, *Zit*.

## DE LINGUA ANGLICA.

1.° Substantiva in *tion*, *ation*, *ition*,
Et adjectiva in *ive* contrahuntur signo . . \

*Accumulation*, *inclusive* scribantur: *accumul*, *inclus*.

2.° Subst. in *ment*,
Et adj. in *ous* . . . . . /

*Enjoyment*, *efficacious*.

3.° Subst. in *ness*,
Et adj. in *able* et *ible* . . . . . ⌒

*Loveliness*, *inevitable*.

4.° Subst. in *ty*,
Et adj. in *ic*, *ick* vel *ical* . . . . . ⌣

*Curiosity*, *extrinsic*, *historical*.

Si A Stenographica (⌒) vel I (⌣) connectatur fini notarum, quæ adjectivorum terminationes indicant, hæc terminationem *ty*, illa verò *ness* significat.

*Separableness* scribatur: *separ*.

*Separability* . . . . . *separ*.

5.° Subst. in *or* (*), *er*,
Et adj. in *ory* . . . . . (

*Demonstrator*, *robber*, *defamatory*.

6.° Subst. in *ance* et *ence* . . . . . ⌈

*Redundance*, *negligence*.

7.° Subst. in *ure* . . . . . —

*Abbreviature* scribatur: *abbrevia*.

8.° Virgula supra radicem posita terminationem *less* indicat; si verò infra radicem ponatur, significat terminationem *ful*; ut in: *contentless*, *beautiful*.

## CONTRACTIONES LOGICÆ.

Vide pag. 35.

Ad primam classem spectant: *Drapery*, *robbery*, *harvest-man*, *harvest-woman*, *benefactress*. Signum primæ classis, in scripturæ lineâ positum, significat vocabulum *maker*; ut in: *Fringe-maker*, *watch-maker*.

Ad secundam: *Christianism*, *theology*, *mythology*, *mythologist*.

Ad tertiam: *Royalty*, *colonelship*, *consulship*, *burgomaster*. Terminationem *ship* sempèr indicare licebit signo hujus classis, infra radicem posito; ut in: *Partnership*, *friendship*.

---

(*) Eodem modo depingere licet substantiva in *our* ut: *humour*, etc.

Ad quartam: *Monastery*, *Louisiana*, *European*, *mountaineer*, *Englishman*, *Frenchman*. Signum hujus classis, in scripturæ lineâ positum, significat *inhabitant*, *citizen of*.

---

## DE LINGUA ITALICA.

1.° Substantiva in *zione*,
Et adjectiva in *ivo* contrahuntur notâ . . . \

*Informazione*, *intempestivo* scribantur: *informa*, *intempest*.

2.° Subst. in *aggio*,
Et adj. in *oso* . . . . . /

*Vantaggio*, *tumultuoso*.

3.° Subst. in *ezza*,
Et adj. in *bile* (*) . . . . . ⌒

*Effeminatezza*, *amabile*.

4.° Subst. in *tà*, *tade*, *tate*,
Et adj. in *ico* . . . . . ◡

*Paternità*, *enigmatico*.

Si A Stenographica (⌒) vel I (◡) fini notarum, quæ terminationes adjectivorum indicant, adjungatur,

---

(*) Adjectiva in *evole* repræsentare fas est ut adjectiva in *bile*. Si confusionem times, *evole* signo ⌒ pingatur.

hæc terminationem *tà*, vel *tade*, vel *tate* significat; illa verò *ezza*. Ut in vocabulis: *Effettività*, *imperiosità*, *durabilità*, *onorevolezza*. Scribatur: *imperi*, etc.

5.° Subst. in *ore*,
Et adj. in *orio* . . . . . (

*Dispregiatore*, *adulatorio*.

6.° Subst. in *izio* (*),
Et adj. in *ario* . . . . . )

*Patrizio*, *ordinario*.

7.° Subst. in *anza*, *enza*, *anzia*, *enzia*, . ∫

*Adunanza*, *benivolenza*.

8.° Subst. in *ura*. . . . . —

*Rappiccatura* scribatur: *rappicca*.

9.° Subst. in *mento* contrahuntur, si signo adverbiorum generali (lineæ scilicet horizontali) circulus connectatur. *Fondamento* scribatur: *fonda*.

## CONTRACTIONES LOGICÆ.

Vide pag. 35.

Ad primam classem spectant *argenteria*, *fruttifero*, *calzajuolo*, *aspettatrice*, *lusinghiero*.

(*) Substantiva in *izia*, *icio*, repræsentare licet eodem signo: Idem de omnibus sonis affinibus notandum, ut de *zione*, *gione*, *sione*; *aggio*, *aggine*, etc. De licentiis abundè dixi pag. 42. Vide quoquè pag. 30. *Hæc signa*, etc.

Ad secundam: *Teologia*, *fisiologia*, *patologia*, *etiologia*, *ortografia*, *Cristianesimo*, *Cristiano*, *mitologista*.

Ad tertiam: *Consolato*, *generalato*, *capitano*.

Ad quartam: *Constantinopoli*, *Petersbourg*, *cittadino*, *Napolitano*.

---

## DE LINGUA HISPANICA.

1.° Subst. in *cion*, *acion*, *icion*, et in *sion*,
Item adj. in *ivo* contrahuntur notâ . . . . \

*Trabucacion*, *convulsivo* scribantur: *trabuca*. *convuls*.

2.° Subst. in *agio* et *age*,
Adj. in *oso* . . . . . /

*Sufragio*, *plumage*, *nebuloso*.

3.° Subst. in *eza* (*),
Adj. in *able* et *ible* . . . . . ⌒

*Nobleza*, *movible*, *despreciable*.

4.° Subst. in *dad*,
Adj. in *ico* . . . . . ◡

*Multiplicidad*, *católico*.

I Stenographica (◡) fini notarum, quæ terminationes adjectivorum indicant, connexa, termina-

(*) Vide regulam generalem tab. 6.

tionem *dad* depingit; ut in vocabulis: *Actividad*, *tenebrosidad*, *volubilidad*, etc.

5.° Subst. in *or*,
Adj. in *orio* . . . . . (

*Sembrador*, *combinatorio*.

6.° Subst. in *icio*, *a*,
Adj. in *ario* . . . . . )

*Veneficio*, *pudicicia*, *extraordinario*.

7.° Subst. in *ancia*, *encia*, *anza*, *enza* . . ⌐

*Tendencia*, *ignorancia*, *confianza*.

8.° Subst. in *ura* . . . . . —

*Soldadura* scribatur: *solda*.

9.° Subst. in *miento* et *mento* contrahuntur adjungendo circulum fini signi adverbiorum generalis, ut in: *Descubrimiento*, *testamento*; scribatur: *descubri*, etc.

## CONTRACTIONES LOGICÆ.

Vide pag. 35.

Ad primam classem spectant: *Glotoneria*, *fanfarronada*, *joyero*, *relojero*, *tintorero*, *soporifero*.

Ad secundam: *Christianismo*, *patologia*, *ortografia*, *Christiano*.

Ad tertiam: *Pontificado*, *generalato*, *priorato*.

Ad quartam : *Philadelfia* , *Lucemburgo* , *caballeriza* , *lavadero* , *chocolatera* , *triperia* , *Romano* , *Moscovita* , *Castellano*.

---

Tabulam sextam addidi, ut præcipuæ substantivorum et adjectivorum terminationes, quæ in variis occurrunt linguis, uno in conspectu appareant.

Plures hisce linguis sunt exitus frequentissimè omni in sermone occurrentes ; item augmentativa varia et diminutiva, quibus hâc in appendiculâ locus esse non potest. Ita Germanicæ linguæ terminationes in *ey* , *lein*, *chen*, *ling*, *thum* , *icht*, *isch*, *ern*, etc.

Vide, si libeat, pag. 21, 33, 34, 37, etc.

*Grootsten* , . . . scribatur: . . . *groot* )

*Neen*, *neen* , . . . . . *neen*

---

*Herzhaftteste* , . . . . . *herzhaft* )

*Zweyfach* , . . . . . *zwey*

---

*Anterior* , . . . . . *ante* (

*The most important*, . . . . . *important*

*Fattest*, . . . . . *fat* )

---

*Manifestissimo* , . . . . . *manifest* )

*Manifestissimamente* , . . . . . *manifest* )

*Mas dulce*, . . . . . *dulce*

*Dulcissimo*, . . . . . *dulc* )

*Dulcissimamente*, . . . . . *dulc* )

In versibus paritèr desinentibus, litteras rhythmum constituentes repetere, omninò est superfluum. Exempli gratiâ:

Geen blinde liefde maakt myn oordeel onrechtvaardig.
Het volk van Nederland is al uwe achting w:
En, schoon ik op zyn' grond het eerste licht genoot,
Dit is de minste bron waaruit myn liefde spr.
't Heeft alles in zyn deugd, wat ooit het hart kan raken.
Het kan zichzelv' geducht -- 't verkiest zich nut te m.
Bedaard in voorspoed, kalm en lydzaam onder 't leed,
Oprecht, eenvoudig, trouw, verstrekt zyn woord een'.
't Heeft weinig eerzucht, kent geen weelde, is ligt te vreden.
't Is matig, spaarzaam, rein in handel beide en z.
Bedachtzaam, deftig, koel van zinnen, vol beleid.
't Huuwt aan een taai geduld standvaste naarstigh.
Het mint den Godsdienst en zyn wettige Opperheeren,
Zo lang zy hunnen pligt, zyn Recht en Wetten;

Dan -- welk een hoon 't verduur, zo dra 't zyn rechten
raakt,
Wordt ieder Belg een Leeuw, die voor zyn welpen w.

FEITH.

ô Neêrland! Neêrland! zo uw bloei,
Uw vryheid, macht, u 't hart nog raken;
Herdenk dan, wie de slaafsche b
Van uw geklemde handen br.

BILDERDYK.

FINIS.

# INDEX.

*Præfatio.* . . . . . 5
*De Consonantibus.* . . . . . 10
*De Consonantibus delineandis.* . . . . . 11
*De Vocalibus.* . . . . . 12
*De Contextu litterarum.* . . . . . 14
*De Pronunciatione.* . . . . . 17
*De Interpunctione.* . . . . . 20
*De Verbis.* . . . . . 22
*De Personis et Numeris.* . . . . . 23
*De Negatione et Interrogatione.* . . . . . 24
*De Verbo* sum *et Verbis passivis.* . . . . . 25
*De Verbis activis.* . . . . . 26
*De Substantivis, Adjectivis et Adverbiis.* . . . . . 28
*De Casibus.* . . . . . 31
*De Gradibus comparationis.* . . . . . 33
*De Repetitione.* . . . . . 34
*Contractiones logicæ.* . . . . . 25
*Appendix ad contractiones.* . . . . . 37
*Numeratio Stenographica.* . . . . . 40
*Contractiones numerales* . . . . . 41
*Licentiæ et observationes.* . . . . . 42
*Elucidatio tabulæ quintæ.* . . . . . 48
*De Contractionibus quibusdam Belgicæ, Germanicæ, Anglicæ, Italicæ atque Hispanicæ linguæ.* . . . . . 51

| | | | |
|---|---|---|---|
| N P | 16 | ch | 3 |
| B | 16 | 2 ft pro ft | |
| F | \ | 3 te L; de | |
| V | \ | L E | -1 |
| M | ⌐¬ | o | ∘ |
| C | / | a | ⌒ |
| D | ⊢ | i | ⌣ |
| R | / | u | ( |
| S | — | eu | . |
| Z | = | on | ○ |
| X | ⊢ | an | ○ |
| T | =/ | in | ⌣ |
| K | ⊢( | un | ) |
| L | ⌒ | 5 | |
| N | ⌣ | 6 | |
| Q | ) | 7 | |
| G | ∋ | 8 | |

F. B. Ed.


21
22 ; non
23
24
25
26
27 in ; en
28
29
30
31
32
33
34
35
Vel
non
LAMDE. SC.

# Paradigma

tabula 2da

| | p | f | m | t | s | l | n | q | e | o | on | a | an | i | in | u |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| p | | | | | | | | | | | | | | | | |
| p | | | | | | | | | | | | | | | | |
| f | | | | | | | | | | | | | | | | |
| m | | | | | | | | | | | | | | | | |
| t | | | | | | | | | | | | | | | | |
| s | | | | | | | | | | | | | | | | |
| j | | | | | | | | | | | | | | | | |
| sc | | | | | | | | | | | | | | | | |
| l | | | | | | | | | | | | | | | | |
| n | | | | | | | | | | | | | | | | |
| q | | | | | | | | | | | | | | | | |
| e | | | | | | | | | | | | | | | | |
| o | | | | | | | | | | | | | | | | |
| a | | | | | | | | | | | | | | | | |
| an | | | | | | | | | | | | | | | | |
| i | | | | | | | | | | | | | | | | |
| in | | | | | | | | | | | | | | | | |
| u | | | | | | | | | | | | | | | | |

J. Beynyt delin. L. A. M. De Bast sc. Gandav.

# NOTÆ MODOS ET TEMPORA OMNIUM VERBORUM EXHIBENTES.

| | | | |
|---|---|---|---|
| INDICATIVUS. | | INFINITIVUS. | |
| Præsens *repræsentatur* | | Præsens et imperfectum . | |
| Imperfectum . . . . . | | Participium præsens . . . | |
| Perfectum . . . . . | | Perfectum et plusquam perfect. | |
| Plusquam perfectum . . | | Participium præteritum . | |
| Futurum . . . . . | | Futurum . . . . . | |
| Futurum anterius . . . | | Participium futurum . . | |
| IMPERATIVUS . . | | Futurum anterius . . . | |
| SUBJUNCTIVUS. | | Supinum . . . . . | |
| Præsens . . . . . | | Gerundia *in* di . . . | |
| Imperfectum . . . . . | | Gerundia „ do . . . | |
| Perfectum . . . . . | | Gerundia „ dum . . . | |
| Plusquam perfectum . . | | | |




J.B. del.

Tabula 4.




L.A.M.DB. sc.



J.B. del. L.A.M.D.B. SC.

# TABULA SEXTA.

| | LING. LATIN. | LING. BELGIC. | LING. GERM. | LING. ANGL. | LING. ITALIC. | LING. HISPAN. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Subst. in: | *tio* | *ing* | *ung* | *tion* | *zione* | *cion* | \ |
| Adjectiva | *ivus* | *ig* | *ig* | *ive* | *ivo* | *ivo* | |
| Substant. | *mentum* | *sel* | *sal* | *ment* | *aggio* | *agio* | / |
| Adjectiva | *osus* | *agtig* | *haft* | *ous* | *oso* | *oso* | |
| Substant. | *bilitas* | *nis* | *niss* | *ness* | *ezza* | *eza* | ⌒ |
| Adjectiva | *bilis* | *lyk* | *lich* | *.ble* | *bile* | *.ble* | |
| Substant. | *tas* | *heid* | *keit* | *ty* | *tà* | *dad* | ⌣ |
| Adjectiva | *icus* | *baar* | *bar* | *ical* | *ico* | *ico* | |
| Substant. | *or* | *er* | *er* | *or* | *ore* | *or* | ( |
| Adjectiva | *orius* | *zaam* | *sam* | *ory* | *orio* | *orio* | |
| | *itius* | *ryk* | *reich* | *ful* | *izio* | *icio* | ) |
| | *arius* | *loos* | *los* | *less* | *ario* | *ario* | |
| Substant. | *.ntia* | . . . | . . . | *.nce* | *.nza* | *.ncia* | ⌈ |
| Substant. | *ura* (*) | . . . | . . . | *ure* | *ura* | *ura* | — |
| Substant. | . . . | . . . | . . . | . . . | *mento* | *miento* | ⌐ |

(*) Tab. 4. N.° 47. *Cura*, *figura*. Hanc omisi terminationem, pag. 29.

Regula generalis: Signum terminationis cujuslibet substantivi connectere licet signis adjectivorum.

APR 15 1926